



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. VIII. S. Severinæ supplementi legitimæ. Legitima nepotum ex
pluribus filiis prædefunctis, an eis deferatur in capita, vel in stirpes, adeò
ut, tanta sit portio plurium nepotum ex uno, quanta ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

Statutum, licet non tollat, attamen minuat legitimam, quia congruo dote contentum sit, legitimam supplementum denegando ad instar Statuti Urbis 141. de quo disertivè ad alterum 145. habet supra dict. s. Et tunc ex deductis eod. dict. s. sequendo opinionem, quam recentius tenuit Rota, probabilius dicendum videtur, ut excessus cedat commido hereditatis parentis, à qua non decrescat, non autem impinguerit legitimam masculorum; Quod tamen adhuc particulariter disputare occasio non dedit, quoniam nimis hodie rari sunt causas ob exercitos dotium, ac pomparum luxus, ut detur in iis præsternit, que in seculo nubunt, dos congrua, quæ sit minor portione legitima.

Ut de dote succedente loco legitima detraheatur da Rot. apud Gregor. decis. 56. num. 1. & per rot. decis. 106. num. 1. & fin. post Merlin. de legit. idem Merlin. lib. 1. tit. 4. quæst. 3. num. 24. & melius eod. tit. 4. quæst. 6. num. 9. & 14. & per rot. & ceteri communiter.

Majores autem, ac frequentiores controversias cadunt in altero casu, quod Statutum faciat fœminas extraneas, quia nempe simpliciter eas excludat, postea vero accessoriè, non autem conditionaliter eis deferat dorem, quæ proinde non succedat loco legitima, juxta distinctionem, de qua supra dict. s. Et tunc quidquid Sribentes se involendo varient, decisione pendet ab ea circumstantia, an masculi excludentes eligant numerare fœminas ob eorum majorem utilitatem, putà quia eas numerando, legitima transeat de triente ad semissim, vel potius, eis negliget. ipsorum masculorum numerum tantum attendi debere eligant, ex recepta conclusione in præcedentibus pluries insinuata, ut in eorum arbitrio id repositum sit, ut eis magis expedit; Ubi etenim eas numerare eligant, tunc certum est, quod ipsorum doles, ex ipsam legiti ita impinguata intra limites propriæ portionis ipsius fœminæ ejusque partis dos detrahi debeat; Cadente solum quæstione in eo, quod de dicta parte, seu portione supereret, an scilicet hic excessus accrescat masculis, vel potius hereditati parentis, ut pariter in præcedentibus advertitur; Durum enim, ac iniquum esset, omnique ratione contrarium, ut masculi eligentibus fœminas numerare ad faciendam majorem legitimam detractionem, debeat ita hereditas parentis aliam detractionem dotium pati.

Ubiverò masculi eas negligant, atque extraneas reputare eligant, metiendo detractionem legitimam ex eorum persona tantum; Et tunc, sub quæstione est, an masculis integrum triens debeatur ex toto asse, doles autem detrahi debeant ex reliquo bessie, vel potius ante omnia ex universo asse tanquam species aris alieni dictæ doles detrahi debeant, masculorum autem legitima sit triens ejus, quod facta dicta detractione remanet; Prioremque opinionem ex Bart. Imol. Corn. & aliis quos deducit, tenet Brun. de statu. exclus. art. 13. quæst. 3. Ea tamen rejecta, magis communiter recepta est altera super principia detractione dotium, antequam illa legitima fiat, ut antiquioribus relatis Thes. decis. 159. num. 18. Cyriac. conf. 316. nn. 19. & 22. latè Giovagn. conf. 9. lib. 2. nn. 14. & seq. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæst. 6. nn. 11. & 13. Rot. decis. 4. & 5. post Merlin. de legit. utrobiusque num. 1. dec. 99. num. 10. & decis. 100. num. 5. & in aliis, ac advertitur etiam sub tit. de feud. dict. 108. ubi ponderatur ratio majoris gravaminis alias in parente resultantis, quā in lex adjecit, cumque eadem lex masculis optionem tribuat, nulla injuria eis fieri dicitur, dum ab eorum electione totum penderit; Atque ad hanc paucam pro meo iudicio illa quæstio restringividetur, quamvis Sribentes nimis

se involvant, quod penderit ex eo, ut non advertatur ad casum distinctiones.

S. SEVERINÆ SUPPLEMENTI LEGITIMAE PRO ELISABETHA OLIVERIA CVM DOMINICO, ET ALIIS DE RAMUNDIS.

Casus decisus per Rotam pro Elisabetha cum moderatione.

Legitima nepotum ex pluribus filiis prædefunctis, an eis deferatur in capita, vel in stirpes, adeò ut, tanta sit portio plurimum nepotum ex uno, quanta unius, vel duorum ex altero; Et aliqua de renunciatione matris, an obstat filiis ex propria persona venientibus.

SUMMARIUM.

1 Acti series.

2 F De materia Constitutionis Regni In aliquibus &c. circa exclusionem fœminarum à successionibus.

3 Nepotibus ex filia prædefuncta debetur in bonis legitima ex persona propria, non obstante renunciatione facta per matrem.

4 De limitatione, ubi renunciatio facta est intuenda dote.

5 Quomodo nepotes ex pluribus filiis concurrant ad legitimam in bonis avi.

6 Plures nepotes ex filiis necessitate representatione in successionebus venienti in capita.

7 Quod ubi adest lex, non est quarendum de ratione, quod non placet.

DISC. VIII.

M Arcus Antonius de Bona decevens d. anno 1661. in testamento heredes scripsit, pro una quarta parte Josephum Ramundum nepotem ex Prudentia filia prædefuncta, in altera quarta Emmanuelem nepotem ex Maria altera filia pariter prædefuncta, & in altera quarta Dominicum pariter filium dicti Mariæ ex diverso matrimonio, in reliqua vero quarta nepotes ex fratre etiam prædefuncto; Quia vero ex eadem Mariæ supererat Elisabetha germana soror Dominicæ in testamento præterita, huic in codicillijsure institutionis, ac pro omni, & toto &c. reliquit scut. 400. Cumque huic legato Elisabetha non acquiesceret, obtinuit ab Ordinariis sibi decretum legitimæ supplementum, idemque in gradu appellationis dictum fuit per A. C. declarante in ius sententia, post firmatum statum hereditatis, dictæ legitimæ quantitatem, eam calculando in stirpes, non autem in capita; Introductaque per appellationem causa in Rota coram Tria, dato dubio, An, & quomodo dictum supplementum deberetur, sub die 31. Maii 1666. Elisabetha a trice tantum informante, in contumaciam alterius partis pluries monitis,

monita, prodit resolutio conformis dicta sententia A. C. circa quam nulla aderat disputandi occasio, cum de jure indubiatum sit, ut nepotibus ex filiis prædefunctis, sublata sexus differentia, legitima debita esset.

Neque intrare poterat constitutio Regni, quæ incipit *In aliquibus*, exclusiva fœminarum propter masculos; Tum quia illa solum loquitur de successione patris, ex interpretatione vero sapientum potius, quam ex ejus dispositione, capit hæreditatem matris, atque in reliquo ordo succedendi de jure communis prescripsit, incorrectus remanebat; Tum etiam quia, cum essent filii ex diversis matrimonii, intrare non poterat exclusio ad favorem aliorum, quam fratris germani non opponentes, & quatenus oposuerint, neque id in ordine ad solum supplementum suffragari posuerint, quoniam dicta Constitutione decernit fœminas dotari debere, atque receptum est dote succedere loco legitima, proindeque, ubi per parentem in vita de paragio data non est, non debet esse legitima minor, exceptis Magnatibus, ut occasione dotis de paragio advertitur *sab tit. de dote disc. 144. ac etiam sub tit. de fund. disc. 108.*

In disputationibus autem habitis coram A. C. Per eos conventos oppositum fuit de renunciations causa per Mariam aëtricis matrem, occasione sibi constituta dotis, quando nupsit in scutis 1500. Verum pro aëtrice scribens dicebam, quod renunciatione prædicta nullum præstare debebat obstatulum nepotibus ex propria persona venientibus, matrem præfuncta; Cum enim illi præteriri non potuerint, sed necessariò instituti debuerint, hinc tenebatur, ut eis, ut potè primum filiorum gradum ita occupantibus legitima denegari non potuerit, ut ex Alex. & Dec. ac aliis firmant *Franch. decis. 32. nn. 16. & decis. 67. num. 7. Capyc. Latr. decis. 4. num. 1. & sequen. & dec. 41. num. 12. & 17.* ubi attestatur de obstantia Regni, & firmant ceteri, de quibus plenè Merlin. de legitima lib. 1. tit. 2. quest. 11. num. 8. Fontanell. de past. clausul. 9. glo. unica part. 1. num. 59. & sequen. & sequuntur alii relati per *Marin. resolut. 189. & 192. lib. 2. & in addit. ad Reverter. decis. 157. num. 3.*

Non negabatur per Sribentes in contrarium conclusio, sed insistebatur super limitatione tradita per *Surd. conf. 355. num. 43. in fine*, & canonizata per *Rota apud Rosis decis. 399. num. finalis*, & de qua habetur *sub tit. de Renunciatione*. ubi scilicet agitur renunciatione facta intuitu dotis; Verum quicquid sit de hujusmodi limitatione derivata ex theoria *Cumanus in l. qui superstis num. 7. ff. de acquirendis hereditatibus*, à quo desumunt ceteri collecti per *Surd. loco citato*.

Ubi etiam in suo casu recipienda esset, adhuc tamen cessabat applicatio, quoniam *Cumanus* distinguui, quod; Aut filii venire volunt ex persona matris, & tunc eis obstat renuncatio non gratuita, sed correspiciens; Aut omnino independenter, & ex persona propria, & tunc idem admittit, ut renuncatio non obstat; Ideoque difficultas caderet, ubi agretur de concurso nepotum ex filia renunciante cum patruis, adeò ut ad faciendum eos illis aequalibus, indigerent beneficio representationis eorum matris, ex cuius persona ita venire dicentur, aque hic est casus, de quo agit *Surd. d. conf. 355. Secunda autem ubi, cessante tali concurso, veniunt omnes nepotes aequalis gradus, unde propterea cessat representationis necessitas, cum tamen etiam dicto casu probabilius, idem dicendum sit, cum representatione non trahat secum hæritariam qual-*

tatem ejus, qui representatur, ut dicitur *de renuncias.*

Ac ulterius, omnis difficultas in proposito cessabat, cum limitatio procedat, respectu eorum, qui matris hæredes, obtinerent etiam dotem, cuius intuitu renuncatio facta sit, quasi quod iniustum sit utrumque obtainere; Idemque cum aëtrix non esset matris hæres, nihil haberebat de dicta dote, ita cessabat applicatio rationis, cui limitatio innititur; Super his autem decisio Rotalis, ut potè una tantum parte informante edita, discursive solum agit, inclinando in opinionem nepotibus favorablem, sed nihil firmat, cum esse ante oppositione formalis disputatione desperata habita non sit.

Quovadis ad dicti supplementi quantitatem; Advertebam quod iste casus est de illis, in quibus verificatur dispositio textus in *l. non omnium ff. de legibus*, quod scilicet captivare oportet intellectum in obsequium auctoritatis legalis, & quia sic ipsa lex dicit ratione repugnante; Siquidem per text. in §. cum *situs in stir. de hered. qua ab inest. deferuntur in l. 2. Cod. de legit. hered. & in s. si quis igitur descendenter autib. de hered. ab inest. litteraliter determinatur, ut legitima nepotibus ex filiis prædefunctis debita sit in stirps, spectatis personis eorum parentum, atque cum hoc sensu ob juralitteralia processit Rota.*

Verum primo aspectu, contrarium omnino verius videbatur, ut scilicet successio esse deberet in capita, quoniam cessante representatione, nulla subsistit ratio attendendistipes, ut advertitur *dec. 180. & 278. par. 6. rec. ubi propterea, ac etiam dec. 600 par. 5. & in aliis*, canonizatur opinio *Azonis* contraria *Accursi*, ubique præst. in Rota, & Curia recipiissima, quod successio plurium nepotum cessante concursu patruorum, esse debeat in capita, & non in stirpes.

Et licet id procedat in successione transversalium, in quibus non reperitur contrarium in jure dispositu, ut reperitur in descendentiis, Nilominus cogitabam, nullam assignari posse congruam differentiationem; Eo etiam inconvenienti ponderatio, quod si plures nepotes ultra quinque ex duabus, vel tribus filiis prædefunctis superessent, omnium legitima esset in solo triente, ut innuere videtur textus in §. neque illo *autib. de triente. & semisse*, quod ratione etiam adversari videtur, dum cessante necessitate representationis, nepotes, non ex parentum, sed ex propria persona veniunt, atque legitima dicitur portio ejus, quod qui habiturus esset ab intestato.

Ponderabam quoque pro successione in capita, quod si sacerdotem testatoris voluntas, dum habens ex Prudentia unum nepotem, & ex Maria altera filia duos, non in stirpes, sed in capita eos vocavit, relinquendo Josepho filio Prudentie unam quartam partem, Emmanueli autem, & Dominico filiis Marie, licet ex diversis matrimonii, duas quartas, unam pro quolibet.

Ideoque ex ejusdem morientis voluntate, in ratione discursiva, pro successione in capita potius respondentum videbatur, sed ubi obstant jura clara, discursus, ac rationes locum non inveniunt, ex dispositione dicti tex. in *l. non omnium*; Quod tamen mihi non placet, quoniam juxta legalem historiam, de qua *sub tit. de servit. disc. 1. alibi* plures insinuantur, leges civiles servamus potius ex recepto popularum usu, & quia rationabiles vise sunt, ut particulariter advertitur *sub tit. de judiciis* in relatione, seu praxi Curiae, occasione agendi de modo scribendi, consulendi, & judicandi.

De LUCA
de
flamentis
etc.
GVI
9